

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Voluntas z
cum fonte primo

Sola interdum bona uoluntas sufficit. Cetera non prosunt si sola defuerit,

Sola nempe interdum bona voluntas sufficit; cetera non prosunt, si sola defuerit.

Bernardus Claraeuallensis, *Liber de gratia et de libero arbitrio*, 46 (SBO 3, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.199, ll.22-23).

cetera quidem

uita, sensus, uel appetitus, nec miserum per se faciunt, nec beatum. Alioquin et arbores ex uita et pecudes eciam ex reliquiis duobus uel miserie possent esse obnoxie, uel ydonee beatitudini quod omnino impossibile est.

Communem habentes
uitam cum arboribus, sensum
uero et appetitum et eque uitam cum
pecoribus, id quod dicitur uoluntas nos ab utrisque discernit.

Bernardus libro de libero arbitrio.

Cetera siquidem,
quae supra memorata sunt,
vita, sensus, vel appetitus, nec miserum
per se faciunt, nec beatum. Alioquin et
arbores ex vita, et pecudes etiam ex
reliquis duobus, vel miseriae possent
esse obnoxiae, vel idoneae beatitudini,
quod omnino impossibile est.
Communem itaque habentes
vitam quidem cum arboribus, sensum
vero et appetitum et aequo vitam cum
pecoribus, id quod dicitur voluntas nos
ab utrisque discernit.

Bernardus Claraeuallensis, *Liber de gratia et de libero arbitrio*, 4 (SBO 3, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., pp.168-9, ll.23-27, 1-2).